Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



tam dicit. Ego autē sum uermis ⁊ ñ homo. Vestitum
pōdere. Pōderis ē uestis talaris. quia grece podas pedē
dicunt. Per pōderē itaq; debem̄ intelligere carnem
xpi. quā ipse uerus sacerdos obtulit. quando se cru
cis patibulo patri p nobis obtulit hostiā scām in odo
rem suauitatis. Que uidelicet uestis usq; ad talos
pertinuit. quia ipse suos usq; ad mortē dilexit. dicen
te iohanne. Cū dilexisset suos qui erant in mundo.
in finē dilexit eos. Siue p pōderē possum̄ intelligere
generalē ecclām. quē uestis ē dni. iuxta q̄d ei
paterna uoce dicit p prophetā. Viuo ego dicit dns.
quia omnib; his uelut uestimēto uestieris. Et paulus
fidelib̄ dicit. Quotq̄t in xpō baptizati estis. xpm
induistis. Que uestis ad pedes tendit. quia usq; ad no
uissima membra fideliū in fine seculi nascitura ē.
Et precinctū ad mamillas bona aurea. In ueteri
testamento legim̄ daniel dm̄ p̄ cinctū apparuisse
in renib; ipso attestante qui ait. Leuaui oculos
meos ⁊ uidi. et ecce uir unus uestitus lineis. ⁊ renē
eī accincti. Hic autē iohanni angelus. ñ iam in reni
bus. sed ad mamillas precinct̄ ostendit. Precinctio
renū. cohibitionē luxurie significat. Vnde est.
Sint lumbi uri precincti. Angelus itaq; daniel
apparens iure in renib; cinctus fuisse refert. quia
scriptura ueteris testamenti. ipsū opus luxurie dāp
nat. Iohanni uero bene in pectore. quia nouū testa
mentū etiā cogitationes nefarias culpat dicens.
Qui uiderit muliere ad concupiscendū eī. iam
mechatus ē eam in corde suo. In pectore eni cogita